

ictus et fulmen. mo ictus ille quicquid scindit arbores et
 ille est sonus et ille non scindit sed ictus. Sed fulmen non
 quod est valde subtile quod generatur ex exalatione subtili
 et calido et illud fulmen sepe obruit calceum pede
 illeso. Sed quod quicquid fulmen ita cito recedit quod pedem
 non tangit et quicquid obruit pedem calceo manente ille-
 so. Sed quod calceus est subter porosus sicut omnis pellis
 igitur fulmen transit per omnes poros calcei et inuenit pe-
 dem resistentem igitur illud obruit

Hic de hijs que dicta sunt intendo quedam dubia mo-
 ue' quorum soluciones et determinaciones vobis committo.
 Primum est utrum possibile sit in illo tempore quando vir est in
 coitu si effectus fulminis per omnem motum fuerit. semine
 receptum hora eiectionis possit recipere aliquam nouam
 impressionem per quam disponatur ad aliquid aliud quam sua
 natura particularis intendat

Hic autor mouet quedam dubia et primum dubium soluit si
 cum dicitur quod fulmen in hora eiectionis seminis potest im-
 pedire semen a forma quam agens particulare intendit
 quod possibile est quod fulmen faciat materiam veneno-
 sam. et facit ipsam ineptam ad generacionem hominis. ita
 quod ex illa materia generantur bufones et alij vermes
 et patet solutio primi dubij

Secundum dubium utrum in hora eiectionis a planetis
 possit prohiberi ab ipso fulmine et tetigisse materiam se-
 minis ex parte patris et matris
Hic mouet terciū dubium et potest sic solui quod virtutes planetarum potest impe-
 diri a fulmine igitur quod planete quedam influunt vitam et esse
 tale hoc fulmen destruit. Vtteri' dubitatur quare hoc po-
 test fieri in principio eiectionis seminis quam tempore danti. Di-
 cendum quod tempore eiectionis tunc semen est ad tenue et ci-
 to potest impediri. 2.º dicitur quod dictum est quod superiora non potest
 impediri. quod spiritus agunt natura. Dicitur quod bene potest impedi-
 ri in illis que sequuntur opera prima illorum